Romani Imperatores triunphantes corpora minio illinire solebant, 2. 8. 114.
Romanos Imperatores, etiam hodiè, Imperio ad Germanos translato, multi totius Orbis Dominos, aut saltem universales moderatores appellant, 2. 21. 30.
Romanus Pontifex est velut Comestabilis exercitus Dei, & Prædicatorum Verbi Divini, 2. 8. 76.
Romanus Pontifex benè potest concedere plenum jus ad terras infidelium, 3. 1. 15.
Romani Pontifices in electione, quæ formæ & solemnia servari soleant, remissivè, 2. 3. 11.
Romani Pontifices qualiter concesserint Lusitaniæ Regibus exquisitionem, & acquisitionem Orientalium Indiarum, 1. 3. 22.
Romanus Pontifex. Vide alia sup. verb. *Papa*, & verb. *Pontifex.*

Rusticitas.

Rusticitatis excusatio non admittitur in his, quæ naturali ratione suadentur, 2. 13. 73.

Rutilius.

Rutilius Benzonius, & alii referuntur, qui plenum dominium Novi Orbis agnoscunt, 3. 1. 19.
Rutilii Benzonii verba gravissima expenduntur, quibus latè probavit, Divini consilii, & impulsus argumenta in detectione, & conversione Novi Orbis, 2. 3. 27.

S

Sabæa.

SAbæa regio cur dicatur finis terræ, 1. 1. 63.

Sacerdos.

Sacerdos Summus Hebræorum terram Promissionis partiebatur: & quid mundi effigies in ejus super humerali contexta significaret, 2. 23. 88.
Sacerdos quidam solus baptizavit septies centena Indorum millia, 2. 4. 21.
Sacerdotes Indorum qualiter olim jejunabant, & suis idolis sacrificabant, 2. 12. 105.
Sacerdotes in Indiis maximè ab incolis reverentur, & quare, 2. 4. 89.

Sacra Scriptura.

Sacræ Scripturæ exempla, quæ à communibus Theologiæ regulis exorbitant, veneranda sunt, non imitanda, 2. 19. 62.

Sacrificium.

Sacrificia hominum non Christianis tantùm, verùm Ethnicis execrabilia videbantur, 2. 12. 63.
Sacrificia humanarum victimarum, non videntur naturali jure prohibita, cùm eis olim omnes ferè mundi nationes usæ reperiantur, 2. 14. 74.
Sacrificia varia, & hominum mactationes horrendæ ab Indis exercebantur, 2. 12. 54.

Sacrilegium.

Sacrilegium magis quàm sacrum appellat Curtius puerorum immolationes, ibid. 84.

Salomon.

Salomon, & Josaphat classes mittere solebant in regionem Ophir, & quare, 1. 13. 2.
Salomonem habuisse cognitionem peculiarem Novi Orbis, nullo certo argumento probari potest, ibid. 58.
Salomon, quamvis sapientissimus, didicit navigationem Tharsis, & Ophir à servis Regis Hiram, ibid. 59.
Salomon fuit cumulandarum divitiarum studiosissimus, ibid. 15.
Salomon fuit omnium mortalium sapientissimus, & non videtur Orbem Novum ignorare potuisse, ibid. 14.
Salomonem navigationem longam, & difficilem ob Novi Orbis divitias instituisse, credibile non est, relictâ India Orientali ditiori & viciniori, ibid. 25.
Salomonis divitiæ, & thesauri incompatibiles fuerunt, ibid. 65.
Salomonis vigiles erant Gigantes, & hodiè Regis Sinarum, 1. 2. 12.

Samson.

Samsoni vires Deus miraculosè restituit, & auxit, ut de Philisthæis vindictam sumeret, 2. 4. 69.
Samsonis factum, dum se, & Philisthæos in Templo occidit, ex Divina inspiratione, aut missione, à peccato excusatur, 2. 3. 13.

Sancta.

Sanctæ quæ sunt, sanctè tractari debent, 2. 19. 7.
Sancti Patres non solùm laudarunt, sed suaserunt leges Imperatorum de Templis idola, & infideles expelli, jubentes, 2. 20. 88.

Sanguis.

Sanguis innocentum iniquè effusus clamat, à proximis auxilium petens, 2. 15. 6.

Sapientia.

Sapientiæ locus cap. 12. vers. 5. & 6. expenditur & exponitur, 2. 12. 76.
Sapientiæ locus cap. 12. vers. 12. explicatur & exornatur, 2. 2. 28.
Sapientiæ locus cap. 16. vers. 10. expenditur, 2. 12. 14.

Sapientes.

Sapientes solos vera libertate gaudere, & insipientes eorum servos esse, graviter ostendit D. Ambrosius, 2. 7. 58.
Sapientum consilia, qui inquirit, & sequitur, in utroque foro excusatur, 3. 2. 32.

Sara.

Sara Angelis paravit subcineritios panes, & Cleobuli filia paternorum hospitum pedes lavit, 2. 20. 42.

Saracenus.

Saraceni, & alii infideles, qui sunt hostes Fidei, & occupant provincias Christianorum, semper debellari possunt, 2. 19. 36.
Et etiam si non occupent, 2. 23. 129.
Saracenis etiam ob solam infidelitatem justè bellum inferri non potest, ex sententia Pontificis, *in cap. dispar* 23. *q.* 8. 2. 10. 75.
Saracenos bestias appellavit Oldradus, 2. 7. 14.

Satanica.

Satanica est vox eorum, qui Indos incapaces faciunt salutis æternæ, & quo fine introducta, 2. 8. 60.

Saturnus.

Saturni in memoriam, Gentiles filios suos immolare solebant, id tamen variè punitum fuit, 2. 12. 82.

Saül.

Saül fuit electus per extortam à Deo voluntatem, 2. 11. 15.

Saxones.

Saxones, Bohemi, Slavini, & Rugiani qualiter occasione bellorum ad Fidem pervenerint, 2. 18. 32.
Saxonum, & Hungarorum prisca feritas, & barbaries, 2. 8. 29.

Scandalum.

Scandala maxima ex bellis ratione Fidei suscipiendæ illatis, orirentur, 2. 17. 62.
Scandali vitandi ratione plura excusari debent, quæ alioqui legitimè fierent, ibid. 63.

Scandinavia.

Scandinavia Germaniæ insula, quia magna erat, vocabatur ab antiquis, alter Orbis, & etiam Trapobana, 1. 4. 57.

Schedula.

Schedula Regia de solvendis induciis cum Hollandis refertur, 2. 25. 84.
Schedula novissima triremium pœna damnat eos, qui ad Novum Orbem sine licentia transierunt, ibid. 78.
Schedula, sive epistola elegans Caroli V. refertur & illustratur, commercia cum Indis, & hospitalitatis jure requirens, 2. 20. 53.
Schedula Regia ad literam recensetur, quæ vivos famulos, aut uxores cum mortuis Indis tumulari prohibet, 2. 12. 61.
Schedula quædam Philippi II. refertur, quæ injurias Indis illatas graviter dolet, & à Regum nostrorum mente & voluntate valdè alienas esse demonstrat, 3. 6. 34.
Schedulæ aliquæ Regiæ expenduntur, quibus jubetur, ut in prædicatione, & conversione Indorum Apostolico more procedatur, 2. 17. 59.
Schedulæ Regis Philippi III. expenduntur, quæ Indorum prædicationem omninò Evangelico modo fieri jubent, 3. 6. 35.
Schedulæ, & instructiones plures remissivè congeruntur, de cura conversionis, & defensionis Indorum, multa piè, & utiliter præcipientes, 2. 18. 33.
Schedulæ plures Regiæ expenduntur, quibus opinio Joannis Majoris in modo prædicationis Indorum probatur, ibid. 15.
Schedulæ, & instructiones plures Regiæ referuntur, quæ violentias, & injurias Indis illatas graviter puniri jusserunt, 3. 6. 19.
Schedulæ plures citantur, & expenduntur, quæ Indorum debellationem permittunt, si Prædicatores non recipiant, aut aliis modis malitiosè Fidei propagationem impediant, 2. 20. 33.
Schedulæ Regiæ referuntur, quæ prohibent Indos Orientales in his Occidentalibus servos fieri, quamvis Mauri esse dicantur, 3. 7. 113.
Schedulis plurimis alienigenæ omnes, atque etiam Hispani sine Regis licentia ad Novum Orbem transire prohibentur, 2. 25. 75.
Schedulis, & instructionibus Regiis semper cautum fuit, ut Indi quâ maxima fieri posset suavitate, & humanitate ad Fidem allicerentur, 2. 18. 17.
Schedulis pluribus cautum, ut Prædicatores Indorum eorum Principes, & Gubernatores ante omnia sibi gratos reddere curent, ibid. 62.

Scriptores.

Scriptores librorum omnibus disciplinis uti debent, 2. 1. 2.
Scriptorum priorum laus posterioribus quoque justè aliquando debetur, ibid. 12.

Scriptura.

Scriptura Sacra sæpe utitur hyperbolicis & aliis figuratis loquendi modis, 2. 21. 51.
Scriptura Sacra sæpe utitur vulgaribus loquendi formis, 1. 15. 78.
Scriptura Divina ampla est, & mysteriis abundans, ibid. 3.
Scripturæ sacræ plura loca expenduntur, ad probandum veram dominationem, & jurisdictionem infidelium, 2. 11. 40.
Scripturæ plura testimonia, quæ Deum laudandum omni loco, & ab omnibus gentibus dicunt, hodiè impleta sunt post conversionem Novi Orbis, 1. 16. 75.
Scripturæ loca, quibus Deus impiis bonorum amissionem, & Imperiorum translationem comminatur, qualiter accipienda sint, 2. 11. 48.

Scythæ.

Scytharum quanta fuerit olim ruditas, & barbaries, 2. 8. 30.
Scythas cur Horatius profugos, & campestres appellat, ibid. 31.

Sedulius.

Sedulii Paschalis Hymnus expenditur in Epiphania ab Ecclesia cantari solitus, 2. 23. 40.

Semiramis.

Semiramis Indicum bellum frustra tentavit, 1. 3. 7.

Senatusconsultus.

Senatusconsult. laudatur, quo hominum immolationes à Romanis prohibitæ sunt, 2. 12. 64.

Seneca.

Seneca Philosophus scripsit tragœdiam Medææ, & in ea vaticinari videtur de Novi Orbis detectione, ibid. 66. & 76.
Seneca quo sensu, & modo Novos Orbes detegendos esse prædixit, ibid. 76.
Seneca non secus ac cæteri sui temporis Philosophi, Oceanum finem orbis esse putabat, ibid. 78.
Seneca in Medæa non loquitur de regionibus Occidentalibus, quales sunt Novi Orbis, sed de Septemtrionalibus, ibid. 89.
Senecæ elegans locus refertur, & ad Hispanorum in Orbem Novum adventum accommodatur, 3. 6. 14.
Senecæ locus de latrociniis Alexand. Magni expenditur, & emendatur, 2. 6. 58.
Senecæ quoddam quasi vaticinium navigationis ad Indias, 1. 8. 11.
Senecæ locus alter, quo prænuntiasse videtur detectionem hujus Novi Orbis, 1. 12. 81.

Sententia.

Sententia à judice legitimo lata tribuit dominium, 2. 24. 34.
Sententia, & opinio Papæ prævalet opinionibus omnium Episcoporum, ibid. 44. & 46.
Sententiæ Victoriæ, Soti, Gregor. Lopez, Matienzo, Bañez, Cordubæ, Acostæ, Molinæ, & aliorum circa justam retentionem Novi Orbis sigillatim expenduntur, 2. 20. 3.
Sententiis, & declarationibus Papæ non est negandum, quod aliis inferiorum judicum concedi solet, 2. 24. 35.

Sephar.

Sephar mons nihil habet commune cum Andibus Peruanis, 1. 13. 57.
Sepharad nomen apud Hebræos Hispaniam significat, 1. 15. 33.
Sephar mons dicitur idem cum montibus, *Andes del Peru*, qui sunt totius Orbis longissimi, 1. 13. 13.

Septemtrionalis.

Septemtrionalis pars cur etiam Aquilonaris dicatur, 1. 1. 21.
Septemtrionalis mundi plaga, quæ, & cur ita dicta, ibid. 18.
Septemtrionales nationes plurimi, & qui de illis scripserunt, 1. 10. 28.

Seraphinus.

D. Seraphinus Freitas Lusitanus laudatur, & ejus tractatus contra alterum maris liberi, 2. 1. 30. & 50.

Sermo.

Sermo idem ubi duas sententias exprimit, ea sumitur, quæ rei gerendæ aptior est, 3. 1. 30.

Serpens.

Serpentem æneum à Moyse in deserto levatum cur contriverit Ezechias, 2. 12. 122.

Sertorius.

Sertorius qualiter deluserit Hispanos cerva fatidica, 2. 8. 66.

Servius.

Servius quid sentiat de Antipodibus, & eorum cum nostris communicatione, 1. 11. 44.

Servus.

Servus Christianus liberatur à dominio domini Judæi, vel infidelis, 3. 5. 18.
Servus quis ejus fit, à quo superatur, 3. 7. 13.
Servus quis ut in perpetuum effici possit, debet pretium servituti æquale esse, ibid. 110.
Servi non tam à serviendo, quàm à servando dicuntur, ibid. 5.
Servi Græcè *Sosiæ* dicuntur, quasi servati, ibid. 10.
Servi nihil proprium habere possunt, 2. 7. 81.
Servi sine domino, & pro derelictis habiti à quocumque occupari possunt, ibid. 82.
Servorum Indiæ Orientalis occasione plures lites in Limano Senatu extortæ sunt, & variis, ac contrariis sententiis terminatæ, & de earum fundamentis, 3.7.112.
Servi per Fidei & Baptismi susceptionem liberi non fiunt, ibid. 92.
Servitus communi omnium gentium jure ex justis bellis induci cœpit, & quare, ibid. 4.
Servitus non est contra aliquod expressum præceptum juris naturalis, ibid. 6.
Servitutis diffinitio, & qui de ejus origine, causis, & differentiis scripserint, ibid. 6.
Servitutis in possessione qui morantur, regulariter pro verè servis haberi debent & quando hoc limitetur, ibid. 68.
Servitutem Barbarorum quomodo explicet D. Thom. & an à naturali, vel à gentium jure originem ducat, 2. 8. 120.
Servitutem nasci in manu imprudentis, quomodo dicatur, *Proverb.* 2. 26. 2. 7. 57.
Servitutes hominum instar pecudum admissas, & locus D. Aug. 3. 7. 14.

Sesostris.

Sesostris Ægyptiorum Rex ultra Gangem processit, 1. 2. 20.
Sesostris superba monumenta, quæ in India reliquisse dicitur, ibid. 21.
Sesostris, & alii cessarunt, mare Rubrum in Nilum ducere, ne terra Ægypti inundaretur, 1. 8. 62.
Sesostris Ægypti, & Tharco Æthiopiæ Rex numquam Indiam viderunt, 1. 3. 8.
Sesostris crudelitas in Reges victos, & trophæa inverecunda, 1. 2. 22.
§. *si adversus, inst. de nuptiis*, illustratur, 1. 9. 30.

Sicilia.

Siciliæ Reges nullum in temporalibus superiorem agnoscunt, 3. 1. 71.
Siciliæ in regno quod jus habent hodiè Romani Pontifices secundùm Iserniam, ibid. 68.

Siculus.

Siculi Flacci locus refertur, & emendatur, 2. 14. 12.

Signum.

Signa plura quæ ostendunt, opus, manum, & impulsum Divinum intervenisse in detectione, & conversione Novi Orbis, 2. 3. 21.
Signi nomine, sub quod Isaïas gentes congregandas, & convertendas dicit, intelligitur signum Crucis, 1. 15. 44.

Silenus.

Sileni narrationem de Novo Orbe à Theopompo relatam, ut meram, & nugatoriam fabulam accepit Ælianus, & Tertul. 1. 12. 57.

Simonia.

Simonia est aliquid dare, vel pacisci expressè pro rebus spiritualibus, velut quis ingrediatur religionem, aut si detur in vim modi, vel conditionis, 2. 18. 41.

Simonides.

Simonides quid responderit Hieroni roganti de Deo, & ejus natura, 2. 15. 32.

Simulacra.

Simulacrorum cultus extrema impietas, & stultitia omnibus major appellatur, 2. 12. 112.

Sinæ.

Sinæ, aut Japponienses servi effici non possunt, nisi ubi se, aut filios suos vendunt, & tunc temporaliter serviunt, 3. 7. 116.
Sinæ non admittunt exterorum commercia, & ideò Fides apud eos difficile propagatur, 2. 20. 49.
Sinarum regnum quà spectat Tartaros & Borealissimum, & frigidissimum, 1. 3. 73.
Sinarum latissimum, & ditissimum regnum, & quando à Lusitanis lustratum, ibid. 42.
Sinensis cujusdam Doctoris dictum, 2. 9. 15.
Sinenses putant, se cæteris mortalibus, prudentia, sapientia, & artium subtilitate antecellere, ibid. 14.

Sisebutus.

Sisebutus Hispaniæ Rex, & Dagobertus Galliæ, an præcisè, vel causativè Judæos sui regni ad Baptismum recipiendum coëgerint, 2. 19. 79.
Sisebuti actionem tamquam injustam Concilium Toletanum IV. pro parte rescidit, & plures alii Auctores apertè damnat, ibid. 81. 83. & 85.

Societas.

Societatis Jesu Religiosi, & aliorum Ordinum Prædicatores apud Indos Evangelium prædicantes, dicuntur esse Angeli veloces, & nubes volantes, de quibus loquitur Isaïas, 1. 15. 22.

Socrates.

Socrates, & Ruffinus convincuntur, dum tradunt, nullum ex Apostolis in India ulteriore prædicasse, 1. 2. 34.

Sodomia.

Sodomia antonomasticè appellatur peccatum contra naturam, 2. 12. 32.
Sodomiæ vitium Judæis, & Romanis olim frequentissimum fuit, 2. 14. 54.
Sodomiæ peccatum quàm execrandum, & detestabile sit, 2. 12. 31.
Sodomitarum quorumdam Indorum provinciæ Esquaraguæ notabilis punitio, & historia, ibid. 33.

Sol.

Solis, & Lunæ similitudo qualiter applicetur potestati Pontificiæ, & Regiæ, 2. 23. 168.

Solitum.

Solitum dicitur quid ex sola una vice, 2. 24. 89.

Sophola.

Sophola auri fodinis abundat, & ibi extare dicuntur libri ostendentes, quod Salomon ad eas suas classes mittebat, 1. 13. 28.

Sophonias.

Sophoniæ Prophetia *cap. ult.* agere videtur de conversione Novi Orbis, 1. 15. 52.

Speculator.

Speculator fatetur, se ex aliorum velleribus telam suam ordiri, 2. 1. 15.

Spiritus.

Spiritus, justa Verbum Domini, sunt probandi, an à Deo sint, 2. 3. 23. & 34.
Spiritus Sanctus dona sua partitur, ut vult, 2. 5. 3.

Sponsa.

Sponsæ negandum non est, quod sponso conceditur, 2. 23. 107.

Spurius.

Spurii cur dicantur terræ filii, Gigantum fratres, & Favonii, 1. 9. 29.

Stanislaus.

Stanislai Ossii ingens encomium de Fide, & religione Hispanorum, 2. 25. 23.

Status.

Status & religionis tuendæ ratio efficit, ut infideles jam baptizatos à suis regnis Princeps expellere possit, 2. 19. 91.
Status spiritualis non potest benè conservari sine temporali, 3. 1. 28.
Statuta, quæ inventos cum armis puniri jubent, an etiam apprehensionem requirant, 2. 6. 18.
Statutum, quod prohibet acquisitionem, non prohibet acquisitorum retentionem, 3. 1. 10.
Statutum loquens contra ingredientem possessionem, non habet locum contra retinentem, & quare, ibid. 11.

Stultus.

Stulti, & Barbari sapientioribus, & politioribus subjici debent, 2. 7. 56.
Stultis secundùm D. August. meliùs viverent, si sapientum servi essent, 3. 5. 56.
Stulti non debent esse melioris conditionis, quàm sapientes, 2. 9. 31.

Suavitas.

Suavitas multum conducit ad fidei receptionem, 3. 7. 35.

Subditus.

Subditi debent famam, & honorem dominorum sicut vitam tueri, 2. 1. 9.
Subditos contra proprium Regem rebellantes quilibet etiam extraneus coërcere potest, 2. 13. 42.

Subrogatus.

Subrogatus non potest esse majoris potentiæ, quàm is in cujus locum subrogatur, 2. 23. 24.

Successus.

Successus fœlices rerum omnium, & maximè bellorum semper Deo à viris, & Ducibus piis, & prudentibus tribuuntur, 2. 4. 78.

Suetonius.

Suetonii locus in Octavio perpenditur, 2. 14. 78.

Sumatra.

Sumatra insula, & an eadem quæ Trapobana, vel Aurea Chersonessus, 1. 3. 38.

Summus.

Summus Pontifex secundùm Baldum est judex ordinarius totius mundi, & concurrit cum quolibet ordinario, 2. 23. 163.
Summum Pontificem rectè potuisse alios Reges præter Catholicos ab Indiarum conquisitione excludere, verior sententia est, & qui eam probent, 2. 25. 43.

Superbia.

Superbia execrabilis Ajacis, Capanci, Micentii, & aliorum, qui à se ipsis victorias sperabant, 2. 4. 70.

Supervacuum.

Supervacua dicere satius est, quàm omittere necessaria, 1. 2. 2.

Sur.

Sur est nomen Belgicum, aut Gallicum, & significat ventum Australem, 1. 8. 28.

Sibyllæ.

Sibyllarum carmina à Virgilio relata commodè Hispaniæ Regibus applicantur, 2. 2. 36.
Sibyllæ agnoverunt Dominium, & regnum Christi, 2. 23. 100.
Sibyllina oracula ante eventum rei, quàm designant, benè explicari non possunt, 1. 15. 7.

Symbolum.

Symbolum, quod in Ticinensi Academia positum fuit, ad ostendendam latitudinem, & magnitudinem Imperii Hispani, 1. 16. 66.
Et aliud Ulyssipone, ibid. 67.

Simeon.

D. Simeon Stilites fulmine percussus interiit, 1. 7. 51.

Syrtes.

Syrtes Lybiæ quid sint, & unde procedant, cum Luciano, 1. 4. 23.

T

Tabucanum.

TAbucano in monte apud urbem Mexicum Templum B. Virginis extructum fuit, & quare, 2. 4. 52.

Targoma.

Targomæ, sive Thorgomæ nomen apud Ezech. *cap.* 27. quid significet, 3. 7. 99.

Tartarum.

Tartarum, quò defunctorum animas mitti credebant, in multis Hispaniæ oris, tamquam in extrema totius Orbis regione, antiqui collocabant, 1. 11. 64.
Tartarorum nomen, & Imperium quando extendi cœperit, 1. 1. 66.

Tartessus.

Tartessus urbs Hispaniæ olim ditissima, & fœlicissima, 1. 13. 21.
Tartessus Bœticæ eadem ac Gades, 1. 11. 63.

Tauri.

Tauri, Cretenses, Thessali, & alii humanis victimis utebantur, 2. 14. 88.

Tellus.

Tellus eadem non parit omnia, sicut nec mare, 1. 7. 5.

Templum.

Templum Jerosolymitanum Salomonis Barbari etiam, & hostes reverebantur, 1. 13. 68.
Templum Salomonis cùm Crassus expilavit, aurum præ copia plus dimidio viluit, ibid. 69.
Templi Jerosolymitani sumptus, & divitiæ omnem admirationem excedunt, & aliqua de eo, ibid. 67.
Templi ab Argonautis constructi, & per oraculum Virgini Mariæ sacrari jussi, notabilis historia refertur, 1. 14. 40.

Tempus.

Tempus est rerum omnium inventor, & magister, 1. 12. 14.
Temporibus suis omnia conveniunt, & secundum eorum veritatem statuta quoque humana varianda, & accommodanda sunt, 2. 16. 93.

Tenebræ.

Tenebrarum regio dicitur quædam provincia in finibus Tartarorum, 1. 1. 69.
Tenebrarum regio dicitur pars Septemtrionalis, & cur, ibid. 67.

Tercera.

Tercera insula quando detecta, 1. 3. 17.

Terra.

Terra à mari vix unquam distat plus mille leucis Hispanis, 1. 8. 17.
Terra omnium communis mater est, & esse debet secundùm Apollonium, 2. 25. 42.
Terra cur dicta à Græcis [illegible], 1. 11. 13.
Terra in medio cœlestis globi pendens quomodo sustineatur, ibid. 15.
Terra constituta est à Deo in medio globi cœlestis, & duas superficies habet, ibid. 12.
Terra *de Bacullaos*, quæ, & cur ita dicta, & à quo detecta, 1. 6. 20.
Terram, & alia elementa cur post diluvium Deus minus perfectam reliquerit, 2. 12. 124.
Terram Deus stabilem, & immotam esse voluit, 1. 7. 63.
Terras desertas, & incultas ex consuetudine in multis Castellæ partibus acquirit is, qui primò eas occupat, & ad culturam redigit, 2. 6. 99.
Terras ita Deus disposuit, ut facilè homines de aliis ad alias transire possent, cùm jusserit, eos Orbem replere, 1. 10. 7.
Terrarum primariæ plagæ etsi vastissimo mari dividantur, alicubi tamen conjunctæ, vel valdè proximè sunt, & quomodo, ibid. 4.
Terræ elementum inæquale, & cum aliquibus defectibus etiam ante diluvium à Deo creatum fuit, & quare, 1. 7. 4.
Terræ defectus Deus induxit ad cohibendam idololatriam secundùm Theodoret. ibid. 6.
Terræ filius dictus fuit Saturnus, & quare, & usu, & significatione adagii, *Terræ filius*, 1. 9. 28.
Terræ pars quædam corruit circa oppidum Ango Ango, & per sesquileucam aquæ instar profluxit, 1. 7. 74.
Terræ, & provinciæ, quæ à prioribus dominis deseruntur, occupantis fiunt, 2. 6. 96.
Terræ omnes, sive sint herbidæ & incultæ, sive montuosæ, ad Regem in dubio spectare censetur, ibid. 92.
Terræmotus etsi ex naturalibus causis contingere possit, semper tamen Dei iræ, & indignationi tribuendus est, 1. 7. 62.
Terræmotus solent esse frequentes in Novo Orbe, & aliqui referuntur, ibid. 46.
Terræmotus, & tempestates Novi Orbis magna ex parte cessarunt post Christi Fidem in eo receptam, 2. 4. 88.
Terræmotus ne damnum inferant, quæ verba foribus, & parietibus scribere oporteat, 1. 7. 70.
Terræmotus notabilis urbis Arequipæ, & eructatio montis ignivomi, qui circa eam erat, ibid. 2.
Terræmotus regni Chilensis vehementissimus, ibid. 47.
Terræmotus Neptuno attributi, & quare, ibid. 57.
Terræmotus aliqui ex I. C. vi Divinæ tribuunt, alii vi naturali, & de eorum concordia, ibid. 60.
Terræmotus causæ, & eorum præcipuè, qui contingunt in oris maritimis, ibid. 56.
Terræmotus qui non timent, stupidi sunt, & sensus expertes secundùm Arist. ibid. 78.
Terræmotus notabiles, qui in variis Orbis partibus contigerunt, remissivè, ibid. 58.
Terræmotus ratione aliquæ votivæ feriæ Limæ indictæ, ibid. 69.
Terræmotibus plura gravia delicta Deus vindicavit, ibid. 66.
Terræmotum semper ut rem prodigiosam & Divinam acceperunt Romani, ibid. 65.
Terræmotuum causas aliqui ignivomis montibus tribunt, ibid. 54.
Terræmotuum mentionem, & considerationem etiam habuerunt I. C. ibid. 59.

Terrigenas.

Terrigenas se esse plures nationes gloriabantur, 1. 9. 27.

Territorium.

Territorium quid sit, & unde dicatur, 2. 14. 11.

Terror.

Terror Divinus etiam fortes, & strenuos fugat, 2. 4. 73.

Tertullianus.

Tertullianus, & Lactantius graviter dolebant suo tempore sacrificia infantium durare, 2. 12. 86.
Tertulliani elegans locus refertur de his, quæ à Deo veluti invito permittuntur, & non approbantur, 2. 11. 20.
Tertulliani de eadem propagatione hominum duo loca elegantissima proferuntur, 1. 10. 15.
Tertulliani locus perpenditur, quo Fidem Catholicam sua ætate etiam in provinciis, & insulis ignotis prædicatam tradit, 1. 14. 53.

Testator.

Testatorum morientium ultima verba fideicommissa vocantur, & magis hæredes obligare videtur, 2. 16. 37.

Testis.

Testis dictum valet, dicentis, Titium ligna amputasse, quamvis Titius id per alium fecerit, 2. 6. 33.

Thales.

Thaletis Milesii apophthegma, 1. 12. 13.

Tharsis.

Tharsis idem esse cum Tartesso plures opinantur, & in Hispaniæ Bæticis oris constituunt; alii verò negant hoc, 1. 13. 20.
Tharsis nomine in sacrâ Paginâ quænam regio designetur, ibid. 19.
Tharsis, & Ophir provinciæ, & navigationes earum diversæ erant, ibid. 18.
Tharsis & Ophir navigatio à Salomone inita, an esset eadem, vel diversa, ibid. 18.

Theodoretus.

D. Theodoretus qualiter exponat locum D. Pauli Coloss. 4. *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt*, 2. 14. 25.
Theodori de Brinotabila verba referuntur, quibus Hispanorum excessus excusat, 3. 6. 61.

Theodosius.

Theodosius Imperator religionis curam & augmentum filiis suis, moriens, præ omnibus commendavit, 2. 16. 60.
Theodosius Imperat. auxiliis cœlestibus victoriam reportavit, & carmina Claudiani de hoc, 2. 4. 37.

Theophilus.

Theophili Antiocheni elegantissima verba de hominum propagatione, 1. 10. 14.

Theopompus.

Theopompus quis fuerit, 1. 12. 58.

Theutates.

Theutates erat Gallis Mercurius, & Mars Hæsus, 2. 14. 91.

Tho-

Thomas.

Thomas Candisch Anglus fœliciter fretum Magallanicum transiit, & in patriam opimis spoliis onustus reversus est, 1. 8. 38.
Thom. Bozius Eugubinus laudatur, qui tradit, nec tenue quidem nomen Novi Orbis ad majores nostros pervenisse, 1. 11. 7.
Thom. Bozius Eugubinus constantissimè defendit absolutam Papæ jurisdictionem in temporalibus; & hanc sententiam communem Theologorum appellat, 2. 23. 57.
Thom. Bozius eleganter loquitur de modo & ratione usus temporalis potestatis Romani Pontificis, ibid. 9.
Thom. Bozius passim agnoscit per Bullam Alexandri VI. plenum dominium Indiarum Regibus Catholicis datum fuisse, & dari potuisse, ibid. 23.
Thom. Bozius hæreticos esse docet eos, qui Christo ut homini temporalium dominium non concedunt, ibid. 90.
Thom. Bozius Alexandri VI. donationem multis rationibus defendit, ibid. 69.
Thom. Bozius Eugubinus Indorum Occidentalium barbariem, & incultos ac feros mores sæpissimè exaggerat, 2. 7. 33.
Thom. Bozius securè admittit concessionem Novi Orbis à Deo Hispaniæ Regibus factam, ob zelum religionis, & alias virtutes, 2. 2. 7. & 35.
Thom. Bozius, Joan. Boterus, Rutil. Benzon. & alii agnoscunt Spiritus Sancti afflatum in Alexand. VI. dum concessit Indiam Oriental., & Occidente Regibus Lusitaniæ, & Castellæ magis quàm aliis, 2. 3. 22.
Thom. Bozii elegantissima verba referuntur, pro excusanda Hispanorum adversus aliquos Indos asperitate, 3. 6. 58.
F. Thom. à Jesu præsidia militaria concedit ad frænandos Indos, & Prædicatores tuendos, 2. 18. 13.
D. Thomas etiam apud Sinas, & Brasilienses prædicavit, 1. 2. 33. 54. & 60.
D. Thom. maximos in prædicatione Indiæ interioris progressus fecit, & illius Apostolus meritò vocatur, ibid. 32.
D. Thom. prædicationis in India interiori multa vestigia nostris temporibus reperta, ibid. 36.
D. Thom. Apostoli pedum vestigia, scopulo impressa, ostendunt Brasilienses, 1. 14. 61.
D. Thom. miraculum insigne apud Indos, 1. 2. 39.
D. Thom. corpus Maliapuræ inventum, & ejus miracula, ibid. 38.
D. Thom. vaticinium de Lusitatorum adventu ad Indos Orientales, ibid. 40. & 44.
D. Thom. verba notabilia adducuntur pro asserenda temporali dominatione Pontificis, 2. 23. 58.
D. Thom. verba difficilia qualiter accipi debeant, 2. 11. 59.
D. Thomas Tamajo de Vargas Regius Historiographus citatur, & laudatur, 1. 6. 25. & 59.

Thraces.

Thraces ad quatuor usque numerare didicerunt, 2. 8. 99.

Thubal.

Thubal filius Japhet, & nepos Noë omnium primus in Hispaniam venit, 1. 9. 58.
Thubalia propriè, & verè dicitur Hispania, & quare, 1. 15. 51.

Thule.

Thule insula ubi, & plura de ea remissivè, 1. 12. 90.

Tibia.

Tibia Barbara quæ, 2. 8. 185.

Titulus.

Titulus primæ inventionis, & occupationis Novi Orbis parum sufficiens judicatur à Victor. & Greg. Lop. 2. 6. 61.
Titulum nullum allegare melius est, quàm invalidum, aut defectuosum, 3. 2. 52.
Titulus Divini impulsus, sive revelationis in detectione, & conversione Novi Orbis à Victoriæ impugnationibus defenditur; 2. 3. 40.
Titulus præcedens talis præsumitur, qualis præsens possessio demonstrat, 3. 1. 22.
Titulus primæ inventionis, & occupationis juvat Hispanorum Regum causam in dominatione Novi Orbis; ejusque meminerunt Victoria, & Greg. Lop. 2. 6. 10.
Titulus quilibet putativus, & illegitimus sufficit in præscriptione longissimi temporis; quamvis posteà de ejus errore constest, 3. 2. 63.
Tituli à primordio posterior formatur eventus, 3. 1. 21.
Tituli superbi, quos sibi sumit Turcarum Imperator, & alii Reges Gentiles, remissivè, 1. 16. 63.
Titulos plures cumulare, ad jus suum magis confirmandum nemo prohibetur, 3. 1. 61.

Titus.

Titus Imperator victoriam à se de Judæa partam in Deum omninò retulit, qui suis manibus Judæos punire volunt, 2. 4. 80.

Tobias.

Tobias reddi jussit hœdum à Gentilibus captum, ne furti reus efficeretur, 2. 9. 65.

Tolerantia.

Tolerantia Ecclesiæ circa dominia, & imperia infidelium qualiter procedat, 2. 11. 31.

Trajanus

Trajanus habuit in votis expeditionem in Indiam, 1. 3. 10.

Transire.

Transire verbum, hostiles grassationes aliquando significat, 2. 20. 74.

Transitus.

Transitus per alienas provincias ubi necessarius, & innoxius est, nullo jure negari potest, ibid. 72.

Trapobanæ.

Trapobanæ insulæ certior notitia quando, & qualiter à Romanis habita, 1. 5. 11.
Trapobanenses qua industria in navigando uterentur, 1. 12. 44.

Tributa.

Tributa pro aëre, & pro umbra aliqui Imperatores exegerunt. 3. 3. 45.

Trident.

Trident. Synodus *sess.* 14. declarat, Ecclesiam non judicare de non baptizatis, 2. 14. 26.
Trident. Synodus, quæ infideles ad Ecclesiæ judicium spectare negat, qualiter accipiatur, 2. 15. 49.

Trajanus.

Trajanus Bocalinus Novi Orbis detectionem imprudenter irridet, 1. 14. 96.

Truxilli.

Truxilli urbis Peruanæ descriptio, & ingens terræ motus, 1. 6. 45.

Tumpez.

Tumpez, sive Tumbez, oppidum regni Peruani, Indorum tempore, erat nobilissimum, & munitissimum, 2. 4. 56.

Tur-

Turcæ.

Turcæ cur imponant leviora tributa Abyssinis, in terram sanctam religionis causa venientibus, 1. 8. 81.
Turcæ, & aliæ nationes quàm feros, & fœdos mores hodiè habeant, & olim habuerint, 2. 14. 68.
Turcarum barbaries, & morum feritas maxima est, & fuit, 2. 8. 43.

Tutela.

Tutela, & cura cur à jure inventa sit, 2. 9. 39.
Tutela est munus publicum, & de tutorum potestate, & dominatione, ibid. 49.

Tiberius.

Tiberius in Africa graviter punivit Sacerdotes Saturni, qui ei infantes immolabant, 2. 12. 85.
Tiberius, & Trajanus ægrè ferebant, se Dominos appellari, 2. 21. 57.
Tyrani pauci sua morte pereunt, vel ad posteros suos regna transmittunt, cum Juvenali & Æliano, 2. 12. 19.
Tyranni citò pereunt, & regnorum brevi amissione, & translatione puniuntur, ibid. 13.
Tyranni ex cursu temporis, & diuturna populorum tolerantia, & concessione efficiuntur veri, & legitimi Reges, 3. 4. 36.
Tyrannis quàm grave peccatum sit, 2. 12. 12.
Tyrannorum vitia, & proprietates quæ, ibid. 9.
Tyrannum justo titulo regnantem nemo privata auctoritate occidere, vel spoliare potest, 2. 14. 49.

Tyrus.

Tyrus Phænicum Metropolis ditissima fuit, 3. 7. 98.
Tyrii olim se jactabant maris dominos, & quare, & locus Ezechiel *cap.* 27. 3. 3. 52.
Tyrii, & Phœnices fuerunt olim præstantissimi in arte navigandi, 1. 13. 62.
Tyrii diu servarunt epistolas Salomonis, & Regis Hiram, quæ agebant de navigationibus in Tharsis, & Ophir, ibid. 60.
Tyria maria proverbium quid significet, & unde originem traxerit, ibid. 64. & 3. 4. 53.

V

Vacca.

VAcca una octingentos aureos domino 20. annis reddidit, 1. 7. 37.

Væ.

Væ, sive ven dictio, quid in Scriptura significet, 1. 13. 28.

Vascus.

Vasci Gamæ Lusitani fœlicissimæ navigationes, & expeditiones in Indiam, 1. 3. 30.

Vassallus.

Vassalli qualiter jurent defendere vitam, & honorem domini, 2. 1. 10.
Vassallos à dominis crudeliter habitos, etiam auxilium non petentes, debet Princeps liberare, & ab eorum jurisdictione eximere, 2. 13. 98.

Vaticinium.

Vaticinia ostendentia conversionem Novi Orbis passim reperiri videntur, in Isaïa, Jerem. & aliis locis Sacræ Scripturæ, 1. 15. 19.
Vaticinia aliqua Prophetarum referuntur, quibus Ecclesiæ de remotis gentibus magnum incrementum promittitur, 2. 8. 73. & 81.
Vaticinium notabile adventus Hispanorum, quod Rex Tydore se habuisse, illis significavit, 2. 2. 63.
Vaticinium de temporali regno Christi, qualiter acceperit Josephus Judæus, 2. 23. 99.

Ubertas.

Ubertas incredibilis fructuum, & frugum Novi Orbis, 1. 7. 23.

Ubique.

Ubique, dictio quid significet, 1. 14. 16.

Velle.

Velle ejus est, qui potest & nolle, & aliorum Imperio non obsequitur, 2. 17. 67.
Velle credere est munus animæ, & ad id nemo cogi potest, nec debet, ibid. 11.

Venatoria.

Venatoriam bellicæ artis partem concedit Calcagninus adversus Barbaros, qui feros mores deponere nolunt, 2. 7. 53.

Vendo.

Vendere quis seipsum potest ob pretium participandum, 3. 7. 32.

Veneti.

Veneti quibus cæremoniis sibi quotannis in die Ascensionis mare despondeant, 3. 3. 34.
Venetorum Respublica se jactat ex Alex. III. concessione maris Adriatici dominam esse, & an hæc concessio certa sit, ibid.
Veneti præscriptione immemoriali defendunt dominium & gabellas maris Adriatici, 3. 3. 75.
Venetorum Respublica semper libera fuit, & quare, 2. 6. 20.

Ventus.

Venti præcipui, & Cardinales dicti, qui sint, 1. 1. 16.
Ventorum plurium nomina, situs, & differentiæ remissivè, ibid. 22.

Verbum.

Verbum Domini non esse alligatum, quo sensu scribat D. Paulus, 2. 16. 13.
Verbo utendum ut nummo, cui publica forma sit, 1. 4. 59.
Verborum proprietati derogat usus communis loquendi, ibid. 60.
Verbis, qui abundant, in rerum substantia deficiunt, 1. 1. 3.

Vergere.

Vergere verbum quid significet apud Geographos, ibid. 43.

Veritas.

Veritas etsi obscuretur, tamdem tamen emergit, 1. 4. 11.

Versoria.

Versoriam capere apud Plautum significat, *dar, ó tomar la buelta,* 1. 12. 46.

Vestes.

Vestibus ornatis semper honor major deferri solet, 2. 18. 67.

Vettones.

Vettones Hispaniæ populi olim Romanos ambulantes valdè mirati sunt, 2. 8. 101.

Via.

Viæ plurimæ quæsitæ sunt, quibus Oceani Atlantici ad Australe facilior transitus aperiatur, & quæ illæ, 1. 8. 49.

Vicarius.

Vicario Christi directè non fuit concessa potestas super non baptizatis, 2. 14. 24.

Victima.

Victimam involuntariam, vel reluctantem à sacrificiis rejiciebant Romani, 2. 17. 22.
Victi semper solent à victoribus calcari, & spoliari, 3. 6. 48.
Victo, vel capto misericordia debetur, in quo pacis perturbatio non timetur, 3. 7. 40.

Victores cum victis qualiter se habere debeant, ibid. 37.
Victoria inter præcipua genera rerum acquirendarum à Cicerone connumerata, 2. 6. 25.
Victorias de Indis ab Hispanis partas quidam mali ex eo extenuant, quod Indi Barbari, inermes, & pusillanimi essent, 2. 4. 61.
Victorias ferè omnes, quæ ab Hispanis in Novo Orbe partæ sunt, cœlestibus auxiliis tribuunt plurimi, & gravissimi Auctores, qui de illis scripserunt, ibid. 58.
P. M. Victoria putat non esse securum titulum Divinæ revelationis, & quare, 2. 3. 30.
Victoriæ & Molinæ verba referuntur de justa occupatione insularum, & provinciarum desertarum Novi Orbis, 2. 6. 82.

Victima.

Victimas humanas Mexicanorum Deo odiosas esse, & brevi desituras, ingenti miraculo ostensum fuit, 2. 12. 99.

Vincentius.

Vincent. Lirinens. optimè exponit causam, cur Fides, & Ecclesia Dei dicatur Catholica, 1. 14. 50.
S. Vincentii Ferrer. vaticinium de Orbis prædicatione per Religiosos diversarum Ordinum efficienda, & perficienda, ibid. 74.

Vindicta.

Vindicta Magistratuum est vindicta Dei, 2. 15. 45.
Vindicta, quæ tendit ad peccantium correctionem, est actus misericordiæ, 2. 13. 45.
Vindictam scelerum Deo relinquendam esse quomodo, & quo sensu in Deuter. & apud D. Paul. dicatur, 2. 15. 42. & seqq.
Vindictam peccatorum, quæ contra Majestatem Divinam committuntur, sibi relinquendam Dominus tradit, 2. 14. 20.

Viracochas.

Viracochas cur dicantur Hispani ab Indis Peruanis, 2. 12. 22. & 50.

Virgilius.

Virgilius Episcopus Saleburg. reprehensus fuit, quod Antipodes dari pro concione dixit, 1. 11. 32.
Virgilius, quod de dominio, seu regno Christi Sibyllæ prænuntiarunt, ad Augustum Cæsarem adulatoriè traduxit, 2. 23. 101.
Virgilius 1. *Æneid.* exponitur, 2. 20. 77.
Virgilii carmina exponuntur, 2. 14. 79.
Virgilii carmina de excessu Oraculorum accommodantur, 2. 4. 85.
Virgilii carmina de Templo Jani claudendo expenduntur, 2. 17. 82.
Virgilii locus 9. *Æneid.* expenditur, 2. 6. 27.
Virgilii locus *Æneid.* 6. exponitur contra Justum Lips. 1. 12. 87.
Virgilii elegans naufragii, & procellæ descriptio, 1. 11. 76.
Virgilii vaticinium quod trahi potest ad detectionem Novi Orbis, 1. 2. 83.

Virginia.

Virginia provincia ab Anglis occupatur, & ejus descriptio, 1. 6. 22.
Virginius suam filiam necavit, quod in ejus persona Appius juris observantiam non custodivit, 2. 24. 88.
B. Virginis *del Pilar* Cæsar-Augustanæ urbis ad D. Jacobum apparitio, & Templi ibidem ab eo constructi, historia refertur, & comprobatur, 1. 14. 33.

Vir.

Viro gravi, & fide digno qui credit, securus est, 3. 2. 34.
Vis, & metus multum minuunt de voluntario, imò consensum excludunt, 2. 17. 91.
Vim, & metum longè abesse debere à conversione Judæorum, & aliorum infidelium, etiam Christianis subditorum, passim admonent sancti Patres, ibid. 5.

Vita.

Vitæ alterius, imò nec propriè, nemo est Dominus, nisi ad custodiendam illam, 2. 13. 94.

Ulysses.

Ulysses, ob peregrinationum labores, ab Homero laudatur, 1. 16. 24.

Unctio.

Unctionis jus passim omnes Reges Christiani sibi usurpant, 2. 25. 35.

Vocatio.

Vocationes, & inspirationes Divinæ multis modis contingunt, & confirmantur, neque semper miraculis egent, 2. 3. 46.
Vocationibus Divinis parere, aut non parere Deus in nostra voluntate reliquit, 2. 17. 10.

Voluntas.

Voluntas prorsus libera non reperitur in eo, qui etiam causativè aut conditionatè ad Baptismum compellitur. Et quatenus voluntas coacta voluntas sit, 2. 19. 66.
Voluntas non minus declaratur rebus, & factis, quàm verbis, 2. 21. 3.
Voluntate ex mera quod dependet, ex eadem adimi potest, 2. 11. 34.
Voluntatem liberam qualiter diffiniat D. Aug. 2. 19. 69.

Urbanus.

Urbano II. Roman. Pont. orationem pro bello contra infideles habente, audita fuit vox de cœlo, quæ illud approbavit, 2. 16. 65.

Urbs.

Urbem totam incendisse, dicitur, qui ejus partibus ignem iniecit, qui crescendo, & serpendo, eam absumpsit, 1. 14. 86.
Urbes, *Piura*, & *Paita* quales, 1. 6. 44.
Urbes, *Cachapoyas*, *Mayobamba*, *Leon de Guanico*, & *Guamanga* describuntur, ibid. 50.

Usucapio.

Usucapio à Cicerone, & I. C. appellatur vis litium, 3. 3. 4.

Utilitas.

Utilia quæ alicui sint reperire, magnam laudem meretur, ex Aristot. 1. 16. 35.
Utilitatis publicæ, & religionis augendæ ratio plura, contra ordinarias juris regulas operari solet, 2. 21. 33.
Utilitatis specie objecta, omnes natura etiam ad pia, & honesta magis accendimur, 1. 16. 110.
Utilitati infidelium magis quàm suæ intendere debet, qui eorum conversionem curat, 2. 19. 22.

Vvaldenses.

Waldensius hæresis, quæ peccatores dominium rerum suarum non habere dicebat, in Concilio Constant, damnata fuit, 2. 10. 56.

Vxor.

Uxor fidelis quando à viro infideli separari possit, 3. 5. 10.
Uxorem conversam potest Papa eximere à potestate mariti infidelis, 2. 11. 57.
Uxores, & famulos vivos simul cum defunctis Regulis sepeliebant Peruani, 2. 12. 60.

X

Xerxes.

XErxes frustrà pontem navium in mari facere tentavit, ut Asiam Europæ conjungeret 1. 8. 55.

Z

Zacharias.

ZAchariæ locus cap. 14. *Quod super frænum equi est sactum Domino*, explicatur, 2. 17. 87.

Zeilan.

Zeilan insula detegitur, & ejus ubertas, an sit Trapobana, 1. 3. 39.

Zelus.

Zelus extendendæ Christianæ religionis tunc laudari debet, cum ejusdem religionis præcepta non frangit, 2. 19. 31.

Zelum purum, & ardentem Reg. Cathol. in conversione Novi Orbis plurimi Auctores adversus calumnias Hæreticorum defendunt, & extollunt, 1. 16. 105.

Zenu.

Zenu in fluvio auri glebæ gallinacei ovi magnitudine retibus expiscari solent, 3. 6. 10.

Zigantes.

Zigantes, Afri, Hyperborei, Æthiopes, Daci, & Sarmatæ variis coloribus corpora pingebant, 2. 8. 116.

Zona.

Zonam Torridam esse impertransibilem, & inhabitabilem hodiè etiam aliqui nimis supinè scribunt, 1. 11. 39.

Zonas tres anteà inhabitabiles, post Christi adventum habitabiles factas piè probare nititur Thom. Bozius, ibid. 45.

Zonas quinque, quibus terra dividitur, qualiter describat Cicero. Plin. & alii. ibid. 35. & 38.

Zonas omnes habitabiles esse, & Torridam placidissimam, hodiè certissimis experimentis compertum est, & Auctores, qui de hoc agunt, 1. 14. 41. & 43.